



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 22. Bernardi Macziewskii Cardinalis obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-67222)

tem pietatis opera Romæ Religiosam Sæc. XVII.  
domum pro Virginibus oblatis sub Re- A. C. 1608.  
gula Sancti Benedicti Congregationis  
Montis Oliveti instituit, quas ipsa de-  
functo suo Marito quantocius nudis pe-  
dibus adiit, ac fune e collo pendente  
prona in terra multis lacrimis in earum  
societatem admitti efflagitavit, ubi Hu-  
militate, in proximum charitate, pa-  
tientia animique fortitudine, ac vitæ  
asperitate, aliisque virtutum donis in-  
claruit, donec consummato vitæ cur-  
riculo ad coronam iustitiæ anno ætatis  
suæ quinquagesimo sexto a Domino e-  
vocaretur, multis ante & post obitum  
signis ac prodigiis clarissima, quibus  
Eugenii IV. & Nicolai V. Pontificum  
jussu rite probatis Clemens VIII. Cano-  
nisationis caussam absolvere constituit,  
eo autem morte prævento Paulus V.  
recognitis anteactis Franciscam Sancta-  
rum Viduarum Catalogo die vigesima  
nona Maji adscripsit, ejusque festivita-  
tem die nona Martii quotannis cele-  
brandam indixit.

### §. XXII.

*Bernardi Maczieiovskii Cardinalis  
obitus.*

Primum hujus anni Mensem vitæ suæ *Ciacon.* in  
postremum habuit Bernardus Mac- *vita Clem.*  
*zieiows-* *VIII.*

Sæc. XVII. zieiowskius seu Ciolek Macceonius pa-  
A. C. 1608. tria Polonus, qui anno restauratæ Sa-  
lutis millesimo quingentesimo quadra-  
gesimo octavo natus primum Lucco-  
riensis, postea Cracoviensis Episcopus  
ac demum Gnesnensis Archipræful crea-  
tus a Sigismundo III. Rege ad Sixtum  
V. Pontificem Legatus decernebat,  
qua etiam dignitate insignis, postquam  
a Clemente VIII. purpura decoratus  
erat, ad eundem Regem a Paulo V.  
Legatus a Latere declaratus est. Vir  
erat omni virtutum genere clarus, ve-  
rus ovium suarum Pastor, munificus  
Pauperum & viduarum Pater, libera-  
lissimus Regularium & præcipue Jesui-  
tarum Patronus, Ecclesiæ suæ decus,  
ac patriæ ornamentum; tandem vero  
immenis pro Dei gloria, ac fidelium  
salute exantlatis laboribus ad immor-  
talem vitam evocatus, die decima nona  
Januarii Cracoviæ pie in Domino obiit,  
non sine ingenti omnium mœrore. Tu-  
mulum, in quo ejus ossa conderentur,  
sibi vivens exstruxerat in Ecclesia Ca-  
thedrali, quam multis pretiosis donis  
locupletaverat. Ejus sepulcralis in-  
scriptio, quam Fratres Minores Con-  
ventuales concinnarunt, totum hujus  
Viri elogium complectitur his verbis:  
*Hic quicquam honoris ac dignitatis, quod in  
eum caderet, domi forisque fuit, amplissi-  
mus*

nius pa-  
ratæ Sa-  
quadri-  
Lucca-  
piscopus  
ful crea-  
Sixtum  
nebatu-  
ostquam  
coratus  
Paulo V.  
st. Vir-  
us, ve-  
unificus  
liberi-  
e Jesu-  
decus  
m ven-  
idelium  
immor-  
na nona  
o obit  
re. Tu-  
erentur,  
sia Ca-  
s donis  
lis in-  
s Cor  
hujus  
erbis,  
quod in  
mplissi-  
mis

mis virtutibus consecutus, de ipsa quoque Sæc. XVII. triumphavit invidia. *Civis, Senator, Pon-* A.C. 1608.  
*tis sex, inter paucos pius, magnanimus, li-*  
*beralis, fortunatus in omni vita, si turba-*  
*tam patricæ tranquillitatem, quam sollicite*  
*curabat, ante obitum restitutam vidisset:*  
*hoc uuum perpetuae felicitati desuit.*

### §. XXIII.

#### *Ascanius Columna Cardinalis mortuus.*

**E**andem æternitatis viam paulopost *Ciacon. in*  
*ingrediebatur Ascanius Columna vita Sixti V.*  
*ex illustrissima Principum Columnen- Nic. Erythr.*  
*fium familia Romæ natus, qui genti- Pinacoth. II.*  
*litiae Laudis æmulus ætatis maturita-*  
*tem ingenii felicitate prævertit; quippe*  
*a teneris annis jamjam Græcis latinis-*  
*que, necnon humanioribus literis im-*  
*butus Romæ in Carolo Borromæo alio-*  
*rumque eruditorum confessu orationem*  
*habuit, ac Philosophicis disputationi-*  
*bus doctissimos Urbis Philosophos in*  
*certamen adolescentulus provocavit:*  
*Postea in Hispaniam missus in Salman-*  
*ticensi Academia juris Pontificii Bac-*  
*calaureus, in Complutensi vero Philo-*  
*sophiæ, Theologiæ, ac juris utriusque*  
*Doctor creabatur: inde Philippi II. Re-*  
*gis aulam petens, doctrinæ fama, ac*  
*sermonis gravitate omnium oculos, ani-*  
*mum*